



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De circumstantiis aggravantibus, §. 18

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

mus infra de simplici fornicatione c. 7. §. 4. n. 25.

§. 18.

De Circumstantiis aggravantibus.

109 **A**dduntur interdū humanis actionibus aliqua circumstantiæ, quæ dictas actiones in alia morali specie ab ea, quam ex se habent constituunt. Aliquando tamen ita adduntur, ut illas aggravent quidem, secundum hominum prudentum existimationem, vel diminuunt, sed non extrahant ad aliam speciem. *a Castrop. Coninch, De Lugo mox cit. alique passim.* Exempla prioris sunt. Habet rem quis cum puella; est simplex fornicatio contra Castitatem: at verò si addatur talem non esse liberam, sed conjugatam; præter speciem simplicis fornicationis, habebit talis congressus alteram speciem

G 5 citem

eiem, id est Adulterii contra iustitiam. Quod si addatur esse consanguineam, vel virginem invitam, vel professam: erit insuper incestus, vel stuprum, vel sacrilegium; simili modo furari rem alienam est peccatum iniustitiæ: quod si res sit sacra: erit insuper & peccatum sacrilegii.

110 Exempla posterioris sunt. Furetur quis decem aureos; committit peccatum contra iustitiam; at si addatur major quantitas, quæ auferatur, v. g. si furetur viginti; aggravabitur quidem prædictum furtum, sed à specie furti non extrahetur. Sicuti etiam si quis furetur quinque aureos: diminuetur peccatum, sed intra eandem furti speciem. Eodem pariter modo occidere cum intenso, vel minus intenso odio, pluribus vel paucioribus vulneribus, in die festo vel feriato; continent quidem circumstantias aggravantes, vel minuentes,

nue
dem
II
cer
stan
verò
ve:
Spec
re: v
loso
vis,
pro
quar
Brev
poni
tant
quod
sem,
verò
tran
liam
parti
gend
est e
rum

nuentes, sed intra unam, eamdemque speciem.

III Regulam autem ad discernendum, quænam circumstantiæ mutant speciem, quæ verò solum aggravent, minuantve: difficile est *b* (cum simus in speciebus moralibus) exacte dare: variique Doctores variè philosophantur. Illa videtur brevis, & expedita, quantum nunc pro nostro instituto sufficit, quam P. Ioseph Augustinus *c* in Brevi Notitia Confessariorum ponit, qui circumstantiam mutantem speciem ex eo cognoscit quod pertineat ad aliam virtutem, vel vitium: non mutantem verò speciem ex eo, quòd non transferat illam materiam ad aliam virtutem. Quæ verò in particulari transferant; colligendum est ex ipsis materiis, id est ex tractationibus materiarum virtutum, & vicioꝝ. Ad

b *Coninels*
d. 7. dub. 5

c *Jos. August. in bre*
vi not. n.
33. de Sac.
pœnit.



de item praxim, & usum, ex quo plura sensim doceberis.

Iam verò his tactis, quæstio celebris est, an tales circumstantiæ non solum mutant species, quod certum est, sed etiam non mutant, saltem notabiliter aggravantes, diminuentesve aperiari Sacerdoti, ex præcepti necessitate, debeant.

*d Th San-
Suar. Fag.
aliqu; a-
pud De
Lugo mox
cit quibus
adde Con.
dicta d. 7.
dub 3.
e D. Th.
Val. Vas.
aliqu; quos
cit. & seq.
De Lug d.
pœn d. 16.
sect. 3.
f Hæ Conc.
Trid. ses.
4. c. 5.*

112 Dico, quamvis probabilissimum sit de circumstantiis notabiliter aggravantes, quia mutant notabiliter iudicium Confessarii contra poenitentem, esse in Confessione aperiendas; tamen probabile etiam esse e fidelibus hanc necessitatem minime imponendam: Ratio est; quia non est imponendum onus tam grave, nisi constet de lege illud imponente: at non constat esse aperiendas nisi *f* species, & numerum peccatorum, non verò omnia, quæ quocunque modo Confessarii iudicium commuta-

re queant. Alias rationes vide
apud Doctores in margine modò
citas

123 Ex hac doctrina, ut item
ex hactenus dictis plura, & val-
de utilia inferuntur ad Confes-
siones expediendas. Quare &
ea in sequentibus sigillatim sunt
proponenda, & ut facilior me-
thodus evadat, per singula De-
calogi præcepta, pro iis, quæ ad
nostrum institutum faciunt dis-
currendum.

C A P. II.

De Confessione peccato-
rum circa primum De-
calogi præce-
ptum.

§. I.

De Peccatis contra Fidem.

I S uppono, tanquam indi-
gnum controversia, debe-